



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo  
Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

Svmmarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

**G**tores, ita Sosf. & scacc. apud Dian. par. 4. tr. 7. ref. 4. sed verior videtur opinio aliorum afferentium, huicmodi delictum esse mixti fori, nisi forte tales contrahentes id fecerint eo quod male sentiant de Sacramento matrimonij; tunc enim ab Inquisitoribus puniuntur ita Vulp. in Prax. iudic. cap. 41. num. 37. ubi citat farinac. & alios. Quare si huicmodi delinquentes præueniti fuerint a Curia seculari, remittendi sunt ad Iudicem ecclesiasticum, qui illos torquet super intentione, & abiurare facit: deinde tenetur illos remittere ad Curiam secularis, que ipsos punit pro tali crimine; si vero præuenti sint a Curia ecclesiastica, tunc in totum ab eadem Curia puniuntur, nec potest amplius Curia secularis se intromittere, ut rescripsit Sac. Congreg. S. offic. teste Genuens. in Prax. Archiep. cap. 68. num. 13: Addit Dian. par. 4. tr. 7: ref. 4. & alij apud Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 40: num. 44: quod hodie Inquisitores contra reos huic criminis absolutè, & indistinctè procedunt.

Tales autem delinquentes arbitrio Iudicis puniuntur, videlicet vel pena pecuniaria, vel exilio, vel ictibus funis, vel pena fustigationis, vel triremum ad tempus iuxta facti, & personarum qualitatem, ut dicunt DD. quos resert, & sequitur Ferr. qq: mor. par. 1. q: 59: num. 1. & 2. Dian. p. 4. tr. 7: ref. 4. & ita de consuetudine seruari testatur Ricci in Prax. for. eccl. par. 3. ref. 38; Clar. in §. forni-

catio vers. dicitur etiam, ubi resert, quemdam, qui quatuor mulieres eodem tempore viuentes in uxores duxerat, sive fustigatum: & alium, qui eodem tempore quinque uxores duxerat, propter delictum toties reiteratum, ultimo supplicio damnatum fuisse. Eadem pena exilio, vel alia arbitraria punitur qui viuente uxore deuenit ad actum proximum contrahendi cum alia, v. gr. faciendo contractum dotis, vel denuntiationes in ecclesia, ut dicit Dian. par. 4. tr. 7. ref. 4.

13. Quæres 4. qua pena plectendi sint Religiosi, siue clerici in sacris constituti matrimonium contrahentes? Resp. quod similiter arbitraria pena puniuntur, quemadmodum contrahentes binas nuptias, ut dicunt DD. apud Dian. par. 4. tr. 7. ref. 5. ubi etiam dicit, quod tales sunt suspecti de heresi & ideo contra eos procedere possunt. Inquisitores latè Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 2. all. 40. num. 43.

### SV M M A R I V M.

- 1 Lenocinium est mixti fori.
- 2 Lenones qualiter puniantur.

### C A P. XXXIV.

#### De Lenocinio.



Enocinium etiam est mixti fori, ut constat ex cap. discretionem de eo qui cogn. consang. l. si senones C. de Episcop. aud. &c. Autb.